

Hec indentura facta inter illustrem dominum Edwardum Regem Angl' et Franc' ex parte una et Georgium Felbrugg' firmarium prioratus de Toftes alienigenarum ex parte altera testatur quod bona et catalla
subscripta que capta sunt in manum dicti domini Regis per mortem fratris Ricardi Vateman nuper prioris prioratus predicti per escaetores eiusdem domini Regis in com' Norff' Berk' et Oxon' liberantur predicto Georgio
per manucaptionem Willelmi Neweman de com' Norff' et Willelmi White de com' Berk' ad salvo custodiend' ad opus prioratus predicti quousque aliquis prior de partibus transmarinis ad eundem prioratum
venerit, et ad eadem bona et catalla seu precium eorundem prefato priori integre liberand' cum a dicto domino Rege ad hoc faciend' fuerit in mandatis videlicet in manerio de Warmington in dicto
com' Norff'. In aula una tapeta et sex quissini precii vj s. viij d. Una pelvis cum lavatorio precii iij s. iiij d. Sex tabul' precii iij s. In camera tres ciste precii iij s. unum almarium precii xij d. Duo
petre lane debil' precii petre iij s. In celario unus ciphus cum pede et coopertorio argenti precii xiij s. iiij d. octo coclearia argenti precii vj s. viij d. In coquina sex olle enee debil' et contracte precii x s.
duodecim disc' de peutre precii di. marc'. Duo plumbi in fornaci debil' precii di. marc'. In bracinario tres cuve debil' precii xij d. In stabulo quinque affri precii cuiuslibet vj s. viij d. Una celle precii ij s.
In boveria sex boves precii cuiuslibet vj s. Unus taurus precii vj s. viij d. tres vacce precii cuiuslibet vj s. viij d. Una vacca debil' precii iij s. Duo bovicul' precii cuiuslibet iij s. iiij d. Due iuvence
precii cuiuslibet iij s. iiij d. tres vituli lactantes precii cuiuslibet xij d. In bercario CxxxIJ bidentes videlicet de veteribus multon' xxiiij precii capitis xv d. De omnibus matricibus xxviij precii capitis xv d. De
agnis iiij^xx x precii capitis xij d. In porcario xxix porci videlicet sex sues precii cuiuslibet ij s. De hoggettis xxx precii cuiuslibet xx d. De porcell' lactantibus xxxiij precii cuiuslibet iij d. Novem auce
precii cuiuslibet ij s. ob. xxiiij capones precii cuiuslibet ij d. In grangia una tassa ord' frumenti et siliginis mixtil' in quibus per estimacionem in garbis sunt xxiiij quarteria precii quarterii iij s. iiij d. Una tassa de
di. ordei et dragetti in quibus per estimacionem in garbis sunt v quarteria precii quarterii ij s. In alia grangia una tassa siliginis et drag' in qua per estimacionem in garbis sunt viij quarteria videlicet tria quarteria silig'
precii quarterii iij s. et v quarteria drag' precii quarterii ij s. Una tassa pisorum in qua per estimacionem in garbis sunt tria quarteria precii quarterii xviij d. Una careta debil' ferro ligata precii di. marc'. In manerio de Aston in
dicto com' Berk' tres affri precii xj s. viij boves precii capitis x s. Una sus cum sex porcell' et vij hoggettis precii ix s. Duo bovicul' et duo vituli precii vij s. iiij^xx ij bidentes debil' precii
ix li. Blada et alia diversa bona et catalla precii x li. Et in manerio de Spelesbury in dicto com' Oxon' in aula una pelvis cum lavatorio precii ij s. In stabulo iiij affri precii cuiuslibet xl d. In
boveria octo boves precii cuiuslibet x s. Una vacca precii vj s. viij d. Duo bovicul' unius anni etatis precii capitis xl d. Due iuvencule unius anni precii cuiuslibet ij s. vj d. De omnibus iiij de porc'
viij de porcell' xiiij et unus aper precii in toto xl s. In bercario CCvij bidentes videlicet de multon' iiij^xx x precii capitis xij d. De omnibus matricibus et hoggastris Cxvij precii capitis xij d. In grang'
una tassa frumenti in qua estimantur viij quarteria precii quarterii v s. iiij d. Una tassa de ordeo in qua estimantur xvj quarteria precii quarterii iij s. De avena vj quarteria precii quarterii ij s. De pisis et vesciis ij quarteria precii quarterii
ij s. iiij d. Una careta ferro ligata debil' cum harnes' iij equorum precii x s. Due caruce cum toto apparatu precii xl d. In cuius rei testimonium parti huius indenture penes dictum Georgium
remanenti dictus dominus Rex sigillum suum fecit apponi et alteri parti eiusdem indenture penes Thesaurarium suum remanenti idem Georgius sigillum suum apposuit. Dat' apud Westm'
xj die Novembris anno regni predicti Regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo octavo

Hanle



15


Inches
1
2
3
4
5
6
7
8
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Saint Louis University, Pius XII Special Collections, SLU_VFL_MS_032_fol_a_verso